Iudicium vero Castren Lublinen eo attento. Quia causa vertitur in executione Decreti Tribunalis. Ideo appellationem inadmissibilem esse adinuenit; De qua non admissa ac prosequenda eadem motione, pars citata Ministeriali supra scripto est protestata. Iudicium quoque eodem Ministeriali reprotestatum est, se non temere verum iure mediante egisse motionem praefatam parti citatae non admisisse. Tandem in continenti coram eodem Iudicio Castren Lublinen personaliter stans, Generosus Sigismundus Gałęzowsky, nomine Laboriosi Andreae Baran, Subditi Generosi Georgii Gałęzowsky Actoris, contra Nobilem Nicolaum Gałęzowsky filium Stanislai, cittum, protestatus est solenniter, Ideo Quia ipse summam suprascriptam, Decreto praesenti Iudicii Castren Lublinen in causa supraexpressa Actori adiudicatam, et poenam Trium Marcarum pecuniae non persoluit; Per quod tam Paraim Triginta Marcarum pecuniae communis, quam et poenam maiorem Quatuordecem Marcarum pecuniae succubuit.

Inter Osczepalsky et Gorskie Decretum.

Lecta

In Causa et Actione Officiana, seu Iudiciaria, coram praesenti Capitaneali Castren Lublinen Iudicio, per Instigatorem Iudicii praesentis, tum et eius dellatorem Nobilem Nicolaum Osczepalsky de Kożarzow, Actorem partem instituta, Nobilibus, Euae Gorska, Consorti relictae olim Nobilis Andreae Gorsky et Stanislao Gorsky, filio olim Nobilis Andreae Gorsky, matri cum filio, nec non Paulo Gorsky, tanquam Tutoribus legitimis Nobilium, Remigiani et Marcellini Gorskich, filiorum olim Nobilis Andreae Gorsky, Citatione verbali Capitaneali Castren Lublinen, citatis, ad videndum et audiendum per Iudicium praesens, sub ipsis uti complicibus praedictorum Gorskich, banitionem et de Regno Poloniae proscriptionem decerni, et per Ministerialem Generalem Regni publicari, idque occasione per ipsos uti complices Nobilium Remigiani et Marcellini Gorskich, in contrarium Decreti Tribunal Regni Lublinen denegatae fortis intromissionis in bona ipsorum Villae Męłow, In causa rone summae Centum Quadraginta florenorum polonicorum et interesse illorum vigore Inscriptionis Terris Lublinen per Nobilem olim Andream Gorsky parentem ipsorum praedicto actori debitae, non persolutorum: Citatione eadem fusius et copiosius praemissa omnia suo in tenore complectente: In termino hodierno peremptorio

in

in diem praesentem ex eadem citatione legitime inciden. et prouenien. Partibus Actorea per se personaliter, citta vero per Nobilem Stanislaum Rybczowsky, plenipotentem suum, comparen. et controuertentibus. Iudicium praesens Capitaneale Castren. Lublinen. controuersiis earundem partium exauditis; Quantum attinet Stanislaum et Paulum Gorskich, eo attento. Quia ex rellatione Ministerialis apparet eos intromissionem non impugnasse, et ad praesens declarant se nolle eandem intromissionem denegare. Ideo ipsos a citatione ac impetitione praesenti liberos et absolutos fecit et pronunciauit. Nihilominus Officium hocce praesens Castren. Lublinen. decreuit, praesentibusque decernit, ne praefati Gorsczy dictam intromissionem tam per se, quam per submissas personas praepediant aut impugnent. Idque sub nexu Decreti Tribunalis. Quantum autem attinet Matrem praedictorum Gorskich, Nobilem Euam Gorska de qua rellatio Ministerialis disponit; Iudicium praesens Castren. Lublinen. eo considerato Quia Intromissionem Actori denegauit, Ideo ei ulterius procedere decreuit. A quo decreto Citati Gorsczy quidem ab illa particula, qua decretum est, ut nihilominus intromissionem praepediant, Mater autem illorum Nobilis Eua Gorska a toto, motionem pro Iudiciis Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni Lublinen. proxime celebrandis per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Ioannem Zalesky interponebat. Quam motionem Iudicium praesens Castren. Lublinen. quia causa vertitur in executione decreti Tribunalis, parti cittae non admisit. De qua non admissa ac praesequen. eadem motione praefata pars citta Ministeriali suprascripto est protestata. Iudicium quoque eodem Ministeriali reprotestatum est, se non temere, verum iure mediante egisse, motionem praefatam parti cittae non admisisse. Demum Iudicium hocce praesens Capitaneale Castren. Lublinen. decreuit praesentibusque decernit, ut citta Nobilis Eua Gorska corporali iuramento euadat. Quia in bona abrenunciata intromissionem non impugnabat. Idque in Terminis Iudicialibus in Castro Lublinen. proxime et immediate celebrandis. In quibus Terminis Iudicialibus Iudicium hocce partibus ambabus conseruat praefigitque Terminum peremptorium, actori vero ad attentandum, cittae vero ad praestandum hocce iuramentum, ad ulteriusque ea in causa iure procedendum Decreti praesentis vigore.

Et hic in continenti coram eodem Iudicio personaliter stans Ministerialis Generalis Regni Prouidus Iacobus Burnias B[illegible] Iudicio praesenti bene notus, palam ac manifeste recognouit. Quia citationem ratione suprascriptorum omnium editam feria quinta ante festum Sanctae Catherinae Virginis proxime

praeteritam

tractta in Curia Nobilis olim Andreae Gorsky posuit et p'dictae Evae
Gorska notificauit, Necnon in Curia Nobilis Pauli Gorsky, ipsimet
Paulo Gorsky eandem cittonem notificauit.

Marek Judaei Belzicen. Dillatio.

In causa et Actione Judiciaria, coram p'nti Capitaneali Castren. Lublinen. Judicio, per Perfidum Marek Judaeum Oppidanum Belzicen. Subditum Gnosi Pauli Orzechowsky Succamerarii Chelmen. et Capitanei Surazen. cum eiusdem Dni sui assisten. circa se pro poena Statuti Stantis Actore instituta, Nobili Wilhelmo Boczecsky, uti impossessionato, de persona bonisque eius omnibus, Cittone Ivali Capitaneali Castren. Lublinen. ad satisfaciendum pro condemnatis in lucro, duas propones in se continen. edita, concitto. Prima quidem propone. Ideo. Quia ipse ex' factor bonorum Sredybowicze et aliorum eo pertinen. Gnosi Stanislai Zarczynsky Carnionum vendito ipsi Judaeo stagno ad demittendum et pisces ex eodem depiscandum pro certa pecae summa, iam ipsi de facto persoluta, ultra contractum, intereses ea de re initum, inprimis Quatuordecem Vngaricales auri puri et iusti ponderis, noie contractus seu fonzonis vulgo rekadwiesnego allegans ee sibi promissos, tamen pro tabernatore Strzezouicen. imposito sibi prius aresto et inhibitione, ne pisces capiat, floren. polonical. Viginti Quinque, demum bina vice tam in Oppido Belzicze quam in Srzdybowicze, per floren. Viginti Quatuor poles. deinde quasi debiti per Infidelem Schul Judaeum Belzicen. tenti floren. polonical. Septem et grossos Viginti Quinque, postmodum piscium varii generis, diuersis temporibus, ut pote lucconum carpionum, rumbonum, pro floren. Viginti Nouem recepit, et in usum suum proprium conuertit, nec actori restituere vult, verum pmissis differt, in p'iudicium actoris. Taxa Quingentarum Marcarum pecae polonical. Caeterum secunda propone concitto. Ideo. Quia ipse dum Actori stagnum praefatum ad exprendendum pisces vendidit, per suos subditos villiconi suae commissos ad id destinatos retibus vulgo drgubickami y więcierzami et alio genere pisces diuersi generis inuito Actore ut pote lucconum Sexagenas Septem valoris florenos Viginti Quatuor quamlt sexagenam, Carpionum Sexagen. Quinque

unam